



Ad

ILLUSTREM GENEROSISSIMUMQUE

DOMINUM,

DN. ERNESTUM FRI-

DEMANNUM à Selmitz/

In Strausfurth/ Zehra/ Steinburg & Cra-
nichborn/&c.

Potentiff. Elect. Saxon.

COMITEM ac CONSILIARIUM splen-
didissimum, nec non Comitatus Mansfeldensis CAPITANEUM
SUPREMUM, &c. &c.

Cum expectationis maximæ, Generosissimæq;
indolis Filium natu secundum,

DN. ERNESTUM

DIETERICUM, *Selmitz*

Wittenbergæ inter severiorum studiorum curas

ad diem XXV. Martii A. C. clc lcc LXXII. placidè ac beatè
denatum ingenti inde affectus
luctu

Solenni pompa efferret,

E P I C E D I A

ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS.

* † *

Literis MEYERIANIS.



SELMNIZIANUM Maximi & optimi

Parentis (cheu!) pignus amabile,
Solatium Matris, Domusq̄ve
Delicias Libitina sternit?

Seu Te maligno sidere degener,
Pardus, maritâ tygride prodidit;
Seu Cerberi rancor furentis
Parturiit, juvenum tyranne;

Non stemma, Virtus, non pietas, decor,
Non pulchritudo, non juvenilia
Te membra, sed nec Pallas ipsa
Deniq̄ve, ne noceas, movebunt?

Sic est: juventam cum senio gravi
Par tortor urget. Funera limite
Discreta nullo: magna, parva,
Dives, egens jacuere juxta.

Esto; putrescat corpus, & obstetrix
Primæva alumnum suscipiat sinu
Severiori, vermibusq̄ve
Pabula materiemq̄ve ponat:

Mox audietur vox penetrabilis,
Vox viva: **VOS Ô SURGITE MORTUI!**

Repente surgent, & priores
Quiq̄ve suas repetent figuras.

Ergo coronas pars jaciant, crocum,
Pars, & maniplis expediant rosas!

Cupressus ornamenta condant,
Et monimenta det ipse Lessus!

*Beatis Manibus Industrii & dilecti quondam Auditoris sui,
supremum meritò honorem testari, merens sa-
men debuit*

Georg. Casp. Kirchmayer,
Eloqv. Prof. Publ. Acad. h. t. **RECTOR.**

SEL-

Esto modus lachrymis, vivit qui mortuus audit,
Nec SELMNIZIADEM condere busta sciunt.
Vivit: Nam verâ sibi qui virtute paravit
Vitam, non justè dicitur ille mori.

Conradus Victor Schneider,
D. & Prof. P.

Usq; adè in puncto, quod non speratur in horâ,
Accidit, & totâ perstat in orbe nihil!
Exemplo poterit Juvenis SELMNIZIUS esse,
Qui fuit heu! nostræ portio cara scholæ.
Nam cui vernabat jucundi temporis ætas,
Obruit hunc mortis precipitata dies.
Ite ergò, atq; annis, Juvenes, confidite vestris,
Quando vel iste dies ultimus esse potest!

f.

Johannes Strauch /
D. & Prof. Publ.

Incluta Nobilitas si posset vertere mortem
Si VIRTUS posset nostris rarissima sæclis
Aut vis ingenii, pollens doctrinaq; rerum:
Non sic præproperâ subreptus morte jaceret
SELMNIZIUS Noster, Lux clara & splendor Avorum.
Sed nihil ista valent! Superest deflenda juvenus
Annorum iste vigor, qui sic emarcuit omnis,
Contra spem Patriæ & communem Vota Bonorum!
Huc ades, ô quisquis mundum quasi pace rogata
Induis: esto pius! saltem dum videris isthæc
In viridi fieri ligno. DEUS Optime TERRAM
Quæso LEVEM Nostro! Sed Nobis prospera fatâ
Qui sequimur faciles, quò jusseris ordine cunctos.

Caspar Lyser, D.

Prob triste fatum! prob nigra funera
Et dura mortis nuntia præcoci,
Quæ misit iracundus æther!
Prob tumulos, lacrymasq; largas!

B

Larr

*Quas plena fundit tristitia DOMUS
SELMNIZIORUM, flebilibus PARENS*

*Auget modis, jungunt sodales
Leucoreaq; suis Camæna.*

*Quicquid meretur scœnora Gratia,
Quicquid superbit nobili adora,*

*SELMNIZIUM Nostrum ad sepulcra,
Ad gelidas comitatur urnas.*

*Amor PARENTUM, siderea, decus
Illustre GENTIS, flos juvenum micans,*

*Spes Posterorum, diva virtus
Disperiere, jacent sepulta.*

O juste mœror! Redde, DEUS, pares

Vires dolori: da GENERI Incluto

SELMNIZIORUM letiora

Tempora: fac, vireat perenne.

Animo mœstis: scrib.

M. Christianus Donati,

Fac. Phil. Adj. b. t. Decan.

UT recidunt flores; speciosi graminis herba,
Langvet: sic homines tristia Fata necant.

Ver fueras SELMNIZI, ætatis flore Juventæ
Vernabas; vernâ falce relectus obis.

O nimum verò felix! vernante juventâ

Quem recipit CHRISTUS, Ver ubi perpetuum!

Deproperab. m. lq.

Andr. Sennertus, Prof. P.

Academ. Sen.

IN Tua sic Charites conspirant funera, Magnæ

O splendor stirpis! Vix Lipsia sustulit unum

Pignus; dum sociam veteri cum vulnere cladem

Leucoris infligit: Cœli Clementia celsi

Compenset fatis, voveo, melioribus atram

Jam noctem luctus, semperq; serena sequantur.

Christianus Trentschius,

Prof. Publ.

Spi-

Inter hos aptè generosa proles
Fortium SELMNITZ numerata quondam est,
Sermo quam doctus Cathedrâ probavit
Artis & Usûs.

Sed nec hoc tantùm. Didicit palæstrâ
Christianorum intemeratæ apertè
Torneamentum fidei tenere
Pectore & ore.

Hinc Palæstritam meditans Jacobum,
Antagonistæ tenuit brabæjum,
Hâc ut ex luctâ benedictus emi-
grârit ad astra.

Ita condoluit

Georg Melchior Thilo, D.

Quod diro rapiat qualibet impetu,
Tritum est, quippe satis conveniens habet
Rebus, mors fera, nomen.

Sed quid quæso, Piis nocet?

Nam quis non scelerum foeta lue videt
Damnandâ penitus Tempora? Fit sequens

Quævis hora priore

Pejor. Mille vias malas

Fraudandi ut taceam. Noliit objici
Tantis JOV Amalis, quem lacrymas modò,
HEROS Strenue, Gnatum.

Sed ceu depositum petit

Munus. Nam veluti, forsit ut imminet
Tempestas, Olitor per loca, quas amat
Plantas, tuta repente,

Ipsis ne noceat, locat.

Sic Gnatumque DEUS, cui pia sunt Pii
Cura ad se revocat: Fletibus ergò sit
Tandem finis. Ovando

Jam cœli fruitur Bonis.

Condolentiæ juxta ac observantiæ erga Illustres; sed &
Mœstis, beatè Defuncti Parentes testandæ scribeb.

D. Godofr. Strauß/P.P. Extraord.
Cur. Elect. & Consist. Eccles. Advoc. Ordinar.

C

Wann

Wann hoher Adels-Standt / wann hohe Lobes-Sachen /
Wann tapfferes Gemüth / und schöne Leibs-Gestalt /
Wann Kunst / Geschickligkeit auffhielten Todts-Gewalt /
Es würde warlich auch Herz Selmitz ist verlachen
Der Parcen Strengigkeit / des Todes scharffen Rachen.
Dieweil die Tugend Ihm so reich und mannigfalt
Begabet / ja es war ihr einig auffenthalt
Ben diesen hohen Geist. Was soll man aber machen?
Er ist nunmehr dahin / es wolte sich nicht scheuen
Für Ihm der grimme Todt. Drum mag man wohl bereuen
Den alzufrühen Gang / doch aber tröstet diß:
Das nur was sterblich war ist hin den Lauff gegangen /
An dem die ganze Welt / und alle Menschen hangen /
Die Seele stirbet nicht. Sein Lob bleibt auch gewiß.

*Aus obliegender Schuldigkeit setzet dieses /
was es ist / in Eil*

Johann Friedrich Scharff / D.

Herbey ihr Sterblichen / seht diß Gerüste an!
Es hält in seinem Raum ein Beyspiel aller Tugend
Als viel ihr immermehr macht einen Ritters-Mann:
Als viel Geschickligkeit ergreiff die kluge Jugend
Umschleust der schwarze Sarcf: betraurend mehr die Welt
Die solchen Schatz verliert aus Mangel ihrer Bürde /
Als den erblaßten Leib / den es wohl in sich hält.
Der findet seine Ruh' nach abgelegter Bürde
In einer leichten Erd' / erwartig jehner Zeit
Die beydes Seel und Leib wird wiederumb verbinden
Zum Mittgenuß der Freud und aller Herzligkeit
Die schon die Seeligen der Seelen nach empfinden.
Und O du Kummer-Welt betraure den Verlust
Der Edlen Selmitzer rechtschaffen als den deinen
Mehr als den andern! Wehm ist wohl nicht bewusst
Was unser Seelige vor Gaben liesse scheinen

Der

Der diese Zeit bedarff? Heroisch war sein Thun
Und auch gelehrt dabey; den deutschen Patrioten
Erwies Er überall. Wo sind dergleichen nun
Als wo die meisten seyn in jehnem Reich der Todten?
Hier tritt/mein liebster Freund / mich solch ein Schmerzen an
Ich mag die Preißligkeit von Euch nicht weiter deuten.
Es wieder diesen Fall der alles wenden kan/
Dem Hoch-Adlichem Haus in tausend Frölichkeiten.

Dem höchstseeligsten Herrn von Selmnitz schriebs
in betrübten Angedencken/als auch S. Hoch-
Adel.Familie zu schuldiger Observanz

Frank Heinrich Höltich / J.U.D.

Woz? Wollen nun die Bindus-Spitzen

Die hohen Cedern nicht mehr schützen?

So wird/du liebes Elb-Athen/

Dein Lob nicht lange mehr bestehn.

Doch wo die Cedern aus der Erden/

In Erden eingesencket werden/

So wird dein Ruhm verewigt stehn/

Bis Erd und Eden untergehn.

Seinen Gehorsam und Observanz dem hohen und iso
höchst-bekümmerten Selmnitzischen Hause
zu zeugen schriebs es mit betrübten Muth
in Eil /

Friedrich Ziegner/
B. R. Licentiat.

NOn vigor, aut Virtus, aut Gentis nobile Stemma

Tristificæ prohibent spicula tetra necis.

Prosternit quemcunqve petit sicelice nocenti:

Nec Locus, in quo non tristia Fata paret.

Exemplum præsens peracerbi funeris extat;

Nobile dum Corpus flebilis urna tegit.

Hac

Hæc quare tria Verba citò sub turbine Mortis
Inscribo Cryptæ: Molliter Ossa cubent!

*Condolent. causa
scribeb.*

L. Joh. Carolus Nævius.

Grab- und Trauer-Schrift.

Wer ruht ein Edel Keiß von Tugend und Beblütthe/
Mein Leser/ stehe still/ mit traurigen Gemütthe/
Beflage den Verlust/ ja wünsch' in Todens-Haus
Ihm still' und süsse Ruh: Sein Ruhm geh nimmer aus!

Aus schuldigen Benjammer schrieb dieses
in geschwinder Eil

Christian Barliß/L.

SELMNIZIO dat mæsta justa LEUCORIS
ILLUSTRIORI PROCREATO STEMIMATE!
Non est opis nostræ TOT auctum INSIGNIBUS
GENUS referre: referat isthoc spiritus
Maronis. Ut fortes creantur fortibus;
Sic duxit HIC AVITO HONORE nil prius,
Legens PARENTIS incliti vestigia,
HEROIS Optimi, PATRONI Maximi,
Quem JOVA servet PATRIÆ cum ceteris
ATLANTIBUS, tantisq; summus erigat
In luctibus! Cedant procul feralia,
Pulsâq; nube rideat serenius
Cælum! BEATO sicut inter Cælites
Summo frui licet Bono: sic nescia
Virtus mori statuat locat SELMNIZIO.

Condolentiæ observantiæq; contestandæ c.
αὐτοῦ εἶδ.

M. Johann. Peißker / P. L. C.
& Scholæ Witteberg. Rector.



Spicula si nigræ possent avertere mortis
Ingenium, Virtus, Nobilitatis honos,
Florentesqve anni, non certè hõc tempore lessum,
SELMNIZI, faceret nostra Thalia Tibi.
At quoniam nil est, lethi quod jura moretur,
Hæc Tibi, sed tristi pectore, metra damus:
In tumulo placidam carpant Tua membra quietem,
Donec det sonitum buccina clara DEI.
Erigat at mœstos Numen coeleste Parentes,
Et damna innumeris sarciat ista bonis.

Quod condolent. ergò deprop.

Constantinus Siegra / D.P.P.

Musa quid ingratum suspendis præfica lessum,
Excipis & lacrymis non-remoranda necem?
Non deplorandus sic qui discedit ad astra,
Musa ergo grator gaudia mille poli.

Michael Strauch /
Mathem. P.P.

Est laude dignum Iplendidis parentibus
Nasci, genusqve laudibus magnis suum.
Ornare. Pulchriora vero seligens
Suprà triumphat Nobilis Selmnizius.

scr.
Manibus Generosiz

Georgius Green / Hist. P.P.

O spes fallaces! ò irrita vota parentum!
Post primum nuper filius alter obit.
Non hunc Leucoreæ poterant defendere Musæ:
Non illum Philyres eripuère neci.
Tàm vana in viridi spes est ac nulla juventâ.
Æq; auffert omnes mortis avara manus.
Quin felix ille est, citius quem fata tulerunt:
Cunctos sic casus, cuncta pericla fugit.

Balthasar Stolberg / Græcar.
Liter. Prof. Publ.

B ij

Car-

CARMINA SELMNITIÆ meditor lugubria genti,
Et tumbam lacrymis tento rigare piis.
Numina sollicito prono venientia cursu
Sæpiùs, atrati cùm petiere dies.
Scalpo caput, rodo digitos, moveo omnia Vates,
Et versum in vultùs mille reformo meum.
Nescio quæ promptam objecto vis aggere venam
Claudit, & è medio gutture verba rapit.
Jam numeri fugiunt, jam verba invita sequuntur:
Nulla Venus cæptis, Gratia nulla subest.
Nempe omnes tumulto Veneres Charitesqve sub uno,
Qui tua, SELMNIZI, continet ossa, latent.

*Illustri familiz seriam observantiamqve
testaturus fundeb.*

Sam. Benedictus Carpzovius,
Poët. Prof. Publ.

SI genus & proavi, si mens infracta, fidesqve
Et vigor ingenii morte perire vetant:
Ecquid ita obscuras, SELMNITI, tendis ad umbras,
Ac Patriæ vitam, claraqve, dona negas?
Sed cælum Patriam nactus, peregrinare relinquis,
Sedibus ætheriis est Tibi parta quies.
Hic animo condigna Tuo datur area, factis
Quam celebras, superùm quæ facienda choro.
Sit Tibi terra levis, sit in urnâ perpetuum ver,
Dum canet ætheriæ vox inopina tubæ.
At seruos, GENEROSE PATER, de vince dolores:
Nam datur afflictæ spes duplicata domus.
Huic laudes, nomenqve, PATRIS protendere factis
Curæ erit, & FRATRUM conduplicare decus.

Testando dolori, & observantiæ in Illustrem
SELMNITIORUM gentem scr.

Christianus Röhrensee /
Phil. Pract. P. P.

TORNEAMENTUM est opus Optimatum:
Quos & armorum lituumqve clangor
Allicit, Sudor juvat, excitatus
pulvis adornat.

Inter

SELMNIZIUM vegetum, generoso sanguine cretum,
Virtute insignem mors cita præripuit.

Gaude SELMNIZI! Citò mundum deseris atrum,
Et celeri cursu scandis ad astra poli,

Astra DEUM cantu celebrantia voce perenni,
Angelici dico lumina clara chori.

O Te felicem! Mundo mundana relinquis:
Cælica delectant, mente fruiq; DEO.

Illic perpetuum canis HALLELUJA triumphans
χύει, dum canimus Nos, ελεῖσον. Eheu!

Quanta caro miseris, Satanas proh quanta! pericla
Accelerat, Mundus quanta subinde creat!

Liber ab his cæli novus incola despicias omne
Quod nos cunq; premit undiq;, letus ovas.

Abraham Calovius, D.

PLangere cœlestem gnatum nolite PARENTES,
Qui petiit summi regna beata poli:

Stant ubi chrysolitis tecta astri micantia gemmis,
Nec non obryzo limina clara micant.

Hic nos expectant vel mille pericula vitæ,
Incola sed cœli cernere nulla potest.

Johannes Meisnerus, D.

SI veteres ceræ, si stemmata flebile fatum
Arcerent, tumuli non cita præda fores.

Sed non, SELMNIZI, flexit vernantibus annis
Flos Tuus, aut clypeus tela severa necis.

Ergò cadis victumq; locas in pulvere collum;
Unde Tuorum ingens pectora mœror habet.

Libera vita tamen fugit irrevocanda sub æthram:
Non poteris vinci dignius, aut cadere.

Johannes Andreas Qvenstedt, D.

Nobile SELMNIZI studium nunc despicit orbem,
Et quæ sunt mundi dona caduca mali.

Nobilis hic animus, qui semper tendit ad ultra,
Cælica mundanis ante ferenda bonis.

Ad caelos tendit SELMNIZIUS, ima relinquit,
Spiritus excelsus non nisi celsa petit.
Spiritus in caelis vigeat! Sed floreat usque,
His terris TUA GENS, hoc mea vota volunt!

Johannes Deutschmann/D.

Q*ui bene transegit concessa tempora vita,
Soli Virtuticoracula docta sacrans,
Hunc manet in terris mens, quæ sibi conscia Recti,
Hunc manet in caelis Gloria, Vita, Decus.
Sic Noster SELMNITZ nuper virtute coruscans,
Nunc JESU socius vivit in Arce Poli.*

Joachimus Merger/D.
& Prof. Pandect. Publ.

HEu quanta clades, quanta mortis invidæ
Crudelitas hæc est! PARENTUM summa spes,
SELMNIZIORUM stemmatis pernobile
Decus, Juventæ flos, Avitæ strenuus
Virtutis æmulus, Patris solatium,
Et PRINCIPUM fulcrum PATRIS quondam loco,
Coactus est perferre vim diræ necis.
At mortuus veram subivit Patriam,
JESUMq; summum quæsiit sibi PRINCIPEM.

*Condolentia sincera erga Nobilissimos Parentes
causa scribebat*

Wernerus Theodorus Martini,
J. U. D. Prof. P. & Ser. Elect. Saxon.
Consiliarius.

ERgo licet tibi Parca ferox abrumpere telam
Vite, fortune rumpere Parca licet?
O durum subitumq; nimis, quod firmior etas
Et vigor ingenii vincere non potuit.
Quem Pallas tam propitio generosa beavit
Vultu; sic decuit tela parâsse necis?
Nil juvat; satis est magnos tolerâsse dolores,
Nunc fruere facie deliciâq; D&I.

Michael Fridericus Ledererus,
J. U. D. Prof. Publ. & h. t. Decanus.
Esto

Datum der Entleihung bitte

Dieser Band wurde 1996 durch Bestrahlung sterilisiert. Verfärbungen stellen keine Gefahr dar.

15. Feb. 1993

14. Okt. 1993

14. Okt. 1993

25. Nov. 1993

15. Dez. 1993

04. Juni 1994

04. Juni 1994

01. Juni 1995

13. Juli 1996

16. Okt. 1996

10. Juni 1998

13. Aug. 1998

10. Juni 1998

SACHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0097514

1 B 8346

